

trem in omnibus, praeterquam in Locustis excipit, mox a ventre intestinum. Exiguus is, si proportionis in corporum magnitudine ratio habeatur: hoc, simplex usque ad exitum ex-

Plin. H. N. crementi dejicitur. *Dentes* in ore ha-

l. 22. c. 37. bant duos priores, et quia hi ad exactam ciborum contritionem non sat is, quoad intima corporis penetrare queat, tres in ventriculo, altrinsecus singulos, inferius tertium. Longi qui in ore et tegmine dupli operti, inter quae talia quaedam interjacent, qualia locustarum dentibus annexi suo loco dicemus. Intra hos binos dentes carnosum est illud, quod linguae proportionem ejusque effigiem

Arist. H. A. gerit. *Supra os Oculi* fiti sunt, iisque duri omnibus, apti intro, foras, et in obliquum et quidem celeriter moveri, ideo palpebris carent: Cardanus

Cardan. variet. l. 37. in latus moveri ait nostri comparatione, directe autem oculorum suorum. Melius enim esse ut altero utrinque prospiciant, et si diversis oculis, quam utroque simul nec ante nec post. Prominere autem quia a lateribus: quia aliter ante penitus prospicerent: a lateribus autem colloca ri, quia si supra caput non viderent, ante vero non poterant, quia os infra reponere necessarium fuisset, quia caput habent immobile: neque ante simul os et oculos esse, quoniam oportuisset esse latam faciem, unde in motu etiam tardiores evasissent. *Caput* et si exiguum, appendicibus tamen et cornibus munitur, quae et ad pugnandum et ad praetentandum iter data sunt. *Pedes* omnibus octoni, omnes in obliquum flexi. *Brachia* forcipibus denticulata sunt bina, quae Graeci χεῖλας, Apulejus furcas, ali nomine Graeco servato Chelas nominant. Horum pars superior in primis his, ut loquitur Plinius, movetur, superiore immobili: hisque proximis utuntur, et contra quam pedes flectant. Omnibus magna ex parte grandior et validior dexter quam laevus forceps est. *Caro* colore sanguinis rubra et tactu lento. In alveo humor est pallidus, et minuta quae dam oblonga et albida, rufa etiam alia maculis dispersis. *Papaver* eis

Plin. H. N. l. 9. c. 31. data sunt. *Pedes* omnibus octoni, omnes in obliquum flexi. *Brachia* forcipibus denticulata sunt bina, quae Graeci χεῖλας, Apulejus furcas, ali nomine Graeco servato Chelas nominant. Horum pars superior in primis his, ut loquitur Plinius, movetur, superiore immobili: hisque proximis utuntur, et contra quam pedes flectant. Omnibus magna ex parte grandior et validior dexter quam laevus forceps est. *Caro* colore sanguinis rubra et tactu lento. In alveo humor est pallidus, et minuta quae dam oblonga et albida, rufa etiam alia maculis dispersis. *Papaver* eis

parcius; brachiorum annexus communis. *Tabellas* quidam Latini vocant, quas πλάκας Aristoteles, quibus cor crustae coagmentantur. *Lapides* sub crusta genitos refert Cardanus, de quibus in Canceris agemus.

In stagnis potius marinis et juxta amnum ostia, saxorum foraminibus et limosis locis morari ex Aristotele et Athenaeo habemus. *Lapillis*, alga, limo et stercore videntur: nec a carnivibus abhorrent. *Coëunt* more eorum, quae in aversum mingunt, ineunte vere, et cum fucus maturescunt, prope terram, et quidem quod exanguia sint et naturae frigidae, diutissime. *Foemina* ovum rubidum, membrana praetenui obvolutum, ventri, lateri, et utrique intestino annexum, et ad carnem usque adhaerens parit. *Imperfectum* illud, quod foris editum, incrementum capiat. *Diversitas Sexuum* ex nonnullis cognoscitur. Major et crassior mas, tenues genitales meatus habet, et primum pedem simplicem. Nec non duabus particulis candidis, quas in carne pectoris habet, sed a foemina discretas tum colore tum concretione similes *Sepiarum* promiscidi. *Vorticose hae* sunt, quemadmodum buccini anfractus, quem Graeci μῆκων, id est, papaver vocant. Oriuntur eae ab acetabulis, quae sub extremis sunt pedibus. *Foeminae operculum* distantius, hirsutius, et opacius: vulvae membranae ad intestinum hinc atque inde fissae, in quibus ovum gignitur; primus pes duplex, et cauda latior.

Longae vitae esse scripsit Plinius. *Plin. H. N.* Nulla respirant, sed aquam per fistulam egerendo refrigerantur. Humorem ore accipiunt, et meatu oris superiore emittunt. *Hebes* omnibus visus, tum quod oculos habeant duriores et prominentes, tum quod a latere positos. *Valent gustu et odoru-* *Arist. H. A.* tu, et ad morem aquatilium dormiunt. *l. 4. c. 10.* Nullum sonum vel vocem emittunt, et obliquo motu incedunt, caudaque tantum natant.

Ad Naturam et Mores pertinet, quod hyberno solum tempore conduntur, vere et autumno pingueescunt, quod antennis potius et cornibus *Plin. H. N.* quam chelis, quibus tamen magis va- *lent,*

Locus,

Arist. de G.
ner. l. 3. c. 11.
et Athen. D.
pnos. l. 3.

Generatio.

Arist. de G.

ner. l. 1. c. 11.

et 14.

Arist. H. A.

l. 4. c. 2.

Arist. H. A.

l. 4. c. ult.

Plin. H. N.

l. 9. c. 31.

Sexus.

Arist. H. A.

l. 4. c. 2.

Arist. H. A.

l. 4. c. ult.

Plin. H. N.

l. 9. c. 31.

Sexus.

Arist. H. A.

l. 4. c. 2.

Vita,